LECTORI S.

Libuit, Candide Lector, in veſtibulo hujus opuſcu li Symbolum Saturni, præfigere, cum materia illa prima, per hoc dilucide & perſpicue expli cetur. Tu noſtro ſtudio fruere & vale.

ÆNIGMA PHILOSOPHORVM SIVE SYMBOLVM SATVRNI, PER Parabolas AZOTH dilucide oſtendens.

EVenit aliquando cum per tot annos vi tæ meæ navigarem à polo Arctico a polum Antarcticum, ut ſingulari D nutu ejicere ad littus magni cujusda maris: Et licet maris illius mundi aditu & proprietates optime cognitas & perſpectas haberem nihilominus inſcius fui, an etiam in illis oris generar tur piſciculus ille, Echeneis, quem tot magnæ & par væ conditionis homines hactenus tam ſolicite quæſi runt: Dum autem in littore Melóſynas hinc inde na tantes Nymphis conſpicio, feſſus etiam à præcedentib laboribus, & cogitationibus variis gravatus, ab a quarum murmure ſomno corripior: Et dum ſuavit obdurmiſco, occurrit mihi in ſomnis viſio mirabil Video è mari noſtro venerandæ canitiei ſenem N PTUNUM cum tridente egredientem, qui me p amicam ſalutationem in Inſulam deducit amœni

ma